

METHODVS.

quē in hisce literis meditātē mors occupat. Has igit̄ toto pectore sitiam⁹ off̄ies, has amplectamur, in his iugiter uerfemur, has exosculemur, his demū imoria-
mur, in has transformemur, quādoquidē abeunt studia in mores. Qui conseq-
non potest (quis autem id non potest, si modo uelit) is saltem adoret, hasce lite-
ras, ceu thecam illi⁹ diuini pectoris. Si quis ostendat Christi pedibus impressū
uestigium, q̄z procumbimus christiani, q̄z adoramus? At cur non potius uiuā
illius & spirantem imaginem in hisce ueneramur libris? Si quis Christi tunica
exhibeat, quo non terrarum prouolaturi simus, ut eam osculari liceat? Atqui
ut totam illius supellectilem proferas, nihil erit, quod Christū expressius ac ue-
rius representet, q̄z euangelicæ literæ? Ligneā aut saxeā statuam, amore Chri-
sti, gemmis auroq; decoramus. Quin hæc potius auro gemmisq;, & si quid his
preciosius, insigniuntur, quæ tanto præsentius Christum nobis referunt, q̄z illa
imaguncula? Siquidem illa, quid aliud q̄z corporis figuram exprimit? si tamen
illius quicq; exprimit, at hæc tibi sacro sanctæ mentis illius uiuam referunt imagi-
nem, ipsumq; Christum loquentem, sanantem, morientem, resurgentem, de-
nique totū ita præsentē reddunt, ut minus uisurus sis, si coram oculis conspicias.

Epilogus.

PARACLESEOS FINIS.



ERASMI ROTERODAMI METHODVS.

AT dicet mihi fortasse lector aliquis. Quid tu ita iamdudum curren-
tem (ut dici solet) incitas? Quin uiā magis & rationem indi-
ca, qua cuiuis liceat, ceu compendio ad istam tantopere laudatam
philosophiam peruenire. Quandoquidē nō minima negoti pars
est, adeundi negoti uiā nosse. Quanq; id sane, primū non unius uoluminis
opus esse sciam, deinde ne meū quidē; tamen quādo qui ipsi nauigarūt infelici-
ter, nihilo secū alijs soluētibus solēt recte consulere cōmonstratis piculis; hos ni
mirū imitabor; aut certe Mercuriales illas statuas, quæ in compitis posita, suo
nonnunq; indicio uiatorem eo prouehunt, quo nunquam ipsæ sint peruentu-
ræ, & ut nonnihil ex poetis attingam, fungar uice cotis, acutū. Reddere quæ fer-
rum ualet, exors ipsa secandi. Tametsi dittus Aurelius Augustinus accurate si-
mul & copiose quatuor libris, quibus titulum fecit de doctrina christiana, super
hac re differuit, quo magis idem agemus, non solum q̄z fieri potest breuissime,
uerum etiam crassius & pinguore, quod aiunt, Minerua. quippe qui non excel-
lentibus uiris ista paramus, sed plebeis & inferioris uenae ingenij, nostra qua-
licunq; industria, nitimur subuenire. Itaq; quod primo statim loco præcipiendū

Methodus a compē-
diū, brevis via, difī-
plina,

Docet q̄ compēdīo ad
hac chā plūs puerat;

Augustini de doctrī-
na christiana,

pro plebeis hec scr̄psit,

bbb erat

etat, id sane p̄facile, & (ut isti loquuntur) numero dici potest. Cæterū quod ad uim
 attinet, omnium est longe primum ac maximum. Et ut in præcipiendo mi-
 nimū est negotiū, ita in præstanto plurimum. Nempe ut ad hanc philosophi-
 am/nō stoicam aut aristotelicam, sed plane cœlestem, animū adferamus ea di-
 gnum, hoc est, non tantum purum ab omnibus uiciorum inquinamentis, uerū
 etiam ab omni cupiditatum tumultu tranquillum ac quietum, quo expressius
 in nobis, uelut in amne placido, aut speculo nitidissimo reuceat æternæ illius ue-
 ritatis imago. Nam si Hippocrates a suis exigit mores sanctos & integros, si Iu-
 lius Firmicus in arte superstitionis, non admittit ingeniu, lucri gloriæ studio cor-
 ruptum; quanto magis æquum est nos ad huius diuinæ sapientiæ scholam seu
 templum uerius, purgatissimis animis accedere? **A**dsit summus ardor discen-
 di. Non dignat̄ hoc incomparabile margaritum, uel vulgariter amari, uel cum
 alijs diligi. Sitientem requirit animum, & nihil aliud sitientem. **I**am hoc sacrū
 limen adituri, procul absit omne supercilium, absit illa ueri nocētissima pestis,
 gloriæ fames, absit rixarum parens pertinacia, multo magis cæca temeritas. Cū
 loca subis, religione ueneranda, exocularis oīa, adoras oīa, & quasi nūsc̄p̄ nō ad-
 sit numen aliquod, ita nihil non reuereris. Id tibi multo religiosius faciendū me-
 mineris, cū haec diuini spūs adyta subiturus es. Quod datur uidere, pronus ex-
 osculare, quod non datur, tamen opertum, quicquid est, adora procul ac uenera-
 te. **A**bsit impia curiositas. Quædam mysteria uel ob hoc ipsum uidere merebe-
 ris, quod temetipsum ab illorum conspectu reuerenter submoueris. **H**ic primus
 & unicus tibi sit scopus, hoc uotum, hoc unum age, ut muteris, ut rapiaris, ut af-
 fleris, ut transſormeris in ea quæ discis. Cibus est animi, ita demum utilis, non si
 in memoria ceu stomacho subsidat, sed si in ipsos affectus, & in ipsa mētis uisce-
 ra traiſciatur. Ita demum tibi uideare profecisse, nō si disputes acrius, sed si te sen-
 seris alterum fieri, minus elatum, minus iracundum, minus uitæ cupidum, si coti-
 die uicijs decedat aliquid, aliquid accrescat pietati. **I**am quod ad eas attinet lite-
 ras, quarū adminiculo cōmoditus ad haec pertingimus. **P**rima cura debetur, per
 discendis tribus linguis, latinæ, græcæ, hebraicæ, quod constet omnem scripturā
 mysticam hisce proditā esse. Neq; uero mihi protinus hic resilias amice lector,
 negotiū difficultate, ceu claua repulsus. Si non desit præceptor, si non desit ani-
 mus, minore pene negocio tres hæ linguæ discentur, q̄b̄ hodie discitur unius se-
 milinguæ miseranda balbuties, nimirum ob præceptorum inscitiam. **N**ec flagi-
 tamus, ut in his usq; ad eloquentiæ miraculum proueharis, satis est, si ad mundi
 tiam & elegatiā, hoc est mediocritatem aliquā progrediare, quod sufficiat ad
 iudicandū. Nam ut omnes cæteras humanas disciplinas negligamus, nulla ra-
 tione fieri potest, ut intelligas quod scriptū est, si sermonis quo scriptū est fue-
 ris ignarus. Neq; em audiendos arbitror, istos quosdā, qui cū in sophisticis tri-
 cis, usq; ad decrepitam ætatem computrēcant, dicere solent, Mihi satis est inter-
 pretatio

Purū/trāquillū, ac zō-
 questū am adferam
 oparet,

A. siti,

Sūm' ardor discendi
 sitientis aīg regritur,
 Oris suprlī, gloriæ
 fames/pemaria
 et cera temes:
 ritas, pnd
 absit,

Cūriositys procul,

Scopus græcæ & cōſidera-
 mens, pofitū,
 Quo' ḡs agnosceret se &
 har chū phia profe-
 ſisse,

Quo ad lrās.

Trib̄ linguaꝝ pūta
 uaria est,

Qm̄ paruo negoio
 he tres linguaꝝ dis-
 centur,

Qm̄ mario,
 Nota

METHODVS.

pretatio Hieronymi. Sic enim potissimum respondent iij, qui ne latine quidem scribere curant, ut his etiam frustra uerterit Hieronymus. Cæterū ut ne dicā interim, plurimis modis referre, e suis haurias sotib⁹ aliqd, an e qualibuscūq; lacunisq; quod quædam ob sermonum idiomata, ne possunt quidem ita trâsfundii in lingua alienam, ut eandem lucem, natuam gratiam, parem obtineant emphasis. Quid quod quædam minutiora sunt, q̄ ut omnino reddi possint, id quod passim queritur clamitatq; diuus Hieronymus. Quid quod permulta ab Hieronymo restituta, temporū iniuria interciderunt, uelut euangelia ad græcam ueritatem emendata. Quid quod scriptorū uel errore, uel temeritate, tum olim uiciati sunt libri, tum hodie passim uificantur. Postremo qd quod nec ea, quibus Hieronymus hæc restituit, satis intelliguntur, si linguas quarum testimonij nitit pro rorsus ignores. Quod si semel sufficiebat Hieronymiana translatio, quorsum tandem attinebat caueri Pontificum decretis, ut ueteris instrumenti ueritas ab hebræorum uoluminibus noui fides a græcorum fontibus peteretur. Certe iam uerterat Hieronymus. Deniq; si hæc satis erat, qui postea factū est, ut tot manifestarijs ac pudendis erratis lapsi sint prīmi nominis theologi, id qd aperiūtus est, q; ut uel negari possit, uel dissimulari. In quibus est, & ipse neotericorū omnium diligentissimus Thomas Aquinas, quem mihi parum propiciū esse uelim, si aut inētior, aut contumeliae causa hæc dico. Ne quid interim dicam, de cæteris, cum hoc haud quaç; conferendis, mea quidem sententia. Quod si cuius ætas iam ad hoc præteriūt, is (quod est uiri prudentis) suam sortem boni consulat, & quoad potest, aliena fulciatur industria; modo ne iuuēnibus, quibus hæc proprie scribuntur/obstrepant, Quanç; ego profecto ne senibus quidem fuerim autor desperandi, quandoquidem quatuor nominatim recensere possim, mihi familiariter notos, uiros, iam libris etiam æditis celebres, quorū unus duo, dequinquaginta natus annos, nemo non maior quadraginta, prima græci sermonis elementa sit aggressus. Porro quo p̄ficerint, ipsi suis testati sunt monumentis. Quod si Catonis exemplum leuiter nos mouet, ipse diuus Augustinus iam episcopus, iam senex, ad græcas literas, puero degustatas quidem, sed fastiditas reuersus est. Rodolphus agricola, unicū Germaniæ nostræ lumen & ornatum, annum egressus quadragesimū, hebræas literas discere, nec erubuit, uir in re literaria tantus, nec desperauit, tam grandis natu. Nā græcas adolescens imbibera. Ip̄sē iam undequinquagesimum agens annum, ad hebraicas literas, olim utq; degustatas, cū licet, recurro. Nihil est rerum, quod non efficiat humanus animus, modo sibi imperarit, modo impense uelit. Et ad hoc, ut dixi, nē gocium qualiscūq; mediocritas satis est, dū ea sane absit a temeritate, quæ fere solet hoc audacius pronunciare, quo minus exakte diiudicat. Felicior quidem hæc in parte iuuētus, at non desperādi senes. Illa plus spei de se præbet. At huic nōnunc ardor animi præstat, quod alijs non præstat, at tatis uigor. Porro sen-

bbb 2 tentiam

Q̄ innotaria hebraicas et græcas literas sit notitia ad intellectu sacre Scripturae, legi diuin Augustini
in Libris de Doctrina christiana. Libr. ij. c. xiij. xij. et xiiiij. et xv. et xviij. Et Libro. iii. c. iij. et c. iii.

NA,

Emphasis & laiens ipsa
et p̄fissima significatio

NA

Dicit. xx.
In Decretis p̄cipit³ q;
votis testameti uelias
ab hebreoꝝ volumenibꝫ:
nouū at a græcoꝝ
fontibꝫ poterat,
et si corrigit
græcaꝝ
luc re:
cīmꝫ
7

et bonū iudicet,

Ex etiā senes nōnulli
se ea grā ad literas
græcas agnitus
dederunt,

De Catone.
De Augustino, q; iam
senex ad græcas literas
reuersus est,
De R. Rodolpho Agricola,

Erasius xlxi. annos
natus, cū b̄f̄sp̄t,

* 2. S.

.S.

*De lapsu Hilarij in dicto. Osanna. vide in Annotationibz sup
Matthei. c. 31. Osanna filio David. Et ibidem de Augustis i hac se simili
et hieronimii lege non nihil,*

ERASMI ROTERODAMI

Q in veteris testamenti
libri ultra septuaginta et
hebreorum volumina regi-
renda sunt: 5 smar
Augo et hilary:
exemplio eis
dez hilary

Dartui et reu[n]d
lui agnito maxis et
aduersus ad fas
eva sp[iritu]s
ra rap[er]t
sendaz
PA

Historicorum lectiones etj.

Vocabulorum etiā pre tates,

Figurarū grāmati-
caliū ac rhetor-
ice patrīū
rogmitio,

7.
Professio theologica
magistri stat affectio-
bus q̄ angutis,
unde illi credunt e.
et angutis dya-
lorum iustitiae.

Aug 9 ad Licentiu,

Veteres Theologi recen-
tiorib⁹ parati vides
tur q̄i aureo q̄dā
ire flumē hi dūt
q̄i tenues et ī
puri riūuli,

tentiā Hilarij & Augustini, qui putat in ueteris instrumēti libris nihil reqrendū ultra septuaginta, satis in epistolis suis ipse refellit Hieronymus; & si nō refelliſſet ille, satis refellit insignis ille lapsus Hilarij in osanna. Ambrosio quoq; ad eū dē impingētē lapidē. Porro si rara qdā ingenij felicitas, & alba, qd' dici solet in doles, insignē theologū polliceri uidebit̄, haud mihi displicet, qd' placuit & Augustino, ut moderate degustatis elegātiorib⁹ disciplinis, instruat̄ ac pparet, nē pe dialectica, rhetorica, arithmetica, musica, astrologia, cum primis autem rerū naturalium cognitione, uelut animantium, arborum, gemmarum, ad hæc, locorum, præsertim illorum, quos diuinæ literæ cōmemorant. Fit enim ut agnitis regionibus, cogitatione sequamur narrationem, & animo uelut una circumferamur, ut rem spectare uideamur non legere. simulq; non paulo tenacius hærent quæ sic legeris. Iam si gentium apud quas res gesta narratur, siue ad quas scribunt apostoli, nō situm modo, uerum etiam originem, mores, instituta, cultum, ingenium, ex historicorum literis didicerimus, dictu mirum, quantum lucis, & (ut ita dicam) uitæ, sit accessum lectioni, quæ prorsus oscitabūda mortuaq; sit oportet, quoties non hæc tantum, sed & omnium pene rerum ignorantur uocabula; adeo ut nonnunq; uel impudenter diuinantes, uel sordidissimos cōsulentes dictionarios, ex arbore faciant quadrupedem, e gemma pīscem. Abunde doctum uidetur, si tantum adiecerint. Est nomen geminae, aut species est arboris, aut genus animantis. Atqui non raro ex ipsa rei proprietate pendet intellectus mysterij. Nec illud opinor inutile fuerit, si theologiae destinatus adolescens, diligenter excerceatur in schematis ac tropis grammaticorum rhetorumq; præludat in fabulis ad allegoriam explicādis, in apologis, in similibus; & in his præcipue partibus rhetorices, quæ de statibus, de propositionibus, de probatioibus de amplificationibus, deq; affectibus tractant, quod hæc maiorem in modū faciant ad iudicium, quæ res in omni studiorum genere ualet plurimum. Et quoniam pīfessio theologica magis cōstat affectib⁹; q; argutijs, quas in ethnicis quoq; philosophis, ipsi rident ethnici, Paulus in Christiano detestatur, idq; non uno in loco, conueniet in hoc genere per ætatem exerceri, quo postea dexterius in theologicis allegorijs tractandis, locisq; communibus uersari possit. Id nī fallor, uiderat Augustinus, cum Licentium suum, ad suas musas, a quibus iam parabat desciscere, reuerti iubet, quod eiusmodi studia, ad cæteras item literas ingenium uegetius reddant, & succulentius. Alioqui si quis tantum infantibus illis & anxijs iejunisq; præceptiunculis imbuatur, dialectices, aut (ut nunc traditur) sophistices, quā ipsam cotidie nouis difficultatibus aliam atq; aliam reddunt; fit ut ad contentionem quidem inuictus euadat; cæterum in tractandis diuinis literis (deum immortalem) q; uidemus istos iacere, frigere, imo q; non uiuere. Cuius rei, si quis promptum aliquod argumentum requiret, ueteres illos theologos Origenē, Basilium, Hieronymum, cum his recentioribus

Vide tñ Augustin
lib^e ij de doctrina
christiana c. xv.

METHODVS.

cōponat, cōferat. Videbit illic aureū quoddā ire flumen, hic tenues quosdā riuit
los, eosq; nec puros admodum, nec suo fonti respondētes: illic in felicissimis hor
tis affatim expleberis, hic intet spineta dilaceratis ac torqueris. Illic maiestatis
plena omnia, hic adeo nihil splendidū, ut multa sordida parumq; digna digni
tate theologica. Quod si diutius immorandū sit pphanis literis, equidē id fie
ri malim, in his quæ ppius affines sint arcanis libris. Neq; uero me clam est, quā
to supercilio quidam cōtemnunt poeticen, ceu rem plusq; puerilem; quanto rhe
toricen; quanto bonas, ut uocant & sunt, literas omnes. Attamen hæ nobis insi
gnes illos dedere theologos, quos nūc produuius est negligere q̄b intelligere. Pa
rabolis omnia pene conuestiuit Christus, id quod poetis est peculiare. Rhetoꝝ
schemata in pphetis & Paulinis literis ostendit Augustinus. Ipse Paulus poē
rum est usus testimonij. Vbi tādē in his usq; quod Aristotele, aut Auerroē re
ferat? Vbi primaz & secūdaz intentionū, ubi ampliationū ac restrictionū, ubi
formalitatū aut qdditatū, aut etiā hecceitatū ulla mētio, quib⁹ nūc differta sūt
oia? In cæteris pfessionibus pulcherrimū est, si suos quisq; principes & autores
referat. Vergili⁹ expressit Homerū, Auicenna Galenū, Aristoteles p argumentis
diuersos. Cur soli nos ausi sumus a nostra Philosophiæ principibus tota ra
tione desciscere? Augustinus sibi gratulat̄, quod in Platonē potissimū inciderit,
non ob aliud, nisi quod huius dogmata propius accedant ad Christi doctri
nam. Et a finitimus procluīs est transitus. Nō quod damnem ea studia, quæ nūc
uidemus in publicis scholis solēnia, modo uere tractentur, neq; sola tamen. Cō
pleteatur & illa pauci, quos æquus amauit Iuppiter (ut uerbis utar Vergilianis)
nos plebeium instituimus theologum. Tametsi ut ingenue, quod sentio, dicam/
mihi parum tutum uidetur, ad theologiam destinato, in prophanis studijs, præ
sertim alienioribus consenescere. Fit em̄, ut qui palatum ac linguam multo ab
sinthio habent infectam, ijs quicquid deinde biberint aut ederint, absinthium
sapiat; & qui diutius in sole uersati sunt, ijs deinde quicquid uiderint, eo se se
fert colore, quem ipsi secum in oculis glaucomate uiciatis adserunt. Ita qui bona
uitæ partem, in Bartholo, in Auerroe, in Aristotele, in Sophisticis cauillationi
bus posuerūt, ijs diuinæ literæ non sapiunt id quod sunt, sed quod illi secum ad
serunt. Etenim ut elegans est fortassis, in tractatione diuinarū literarum, nonni
hil uelut exoticis illis opibus obiter aspergere, ita uehementer absurdum uide
tur, cū rem tractes ab omni sapientia mundana longe diuersissimā, nihil crepa
te, nisi Pythagoram, Platonem, Aristotele Auerroē, & his pphaniores autores;
ad horum opiniones uelut oracula obstupescere. An non istud est Christi phi
losophiam non cōdire, sed prorsus aliā reddere? Quod si quis damabit absq;
his non esse theologum; equidem consolabor meipsum tot insignium uirorum
exemplis, Chrysostomi, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, deniq; Clementis,
imo Petri & Pauli, qui ista nō solū nō calluerūt, uerū etiam damnat aliquoties.

Comparat veteres Theo
logos cū recentiorib⁹

Quād poēsis facit ad
Theologiam

Diversit logicalia Aris
toteles & Auerrois

Augustin⁹ de platonē,

Q̄ nō dānet studia the
ologos recentius mo

Ve nemo et i pphanis
studij nimis ḡnensiat,

Glaucoma & blaude
orology viri;

Q̄ absq; Sophisticis rati
onib⁹ theolog⁹ q̄s
er petat,

ER ASMI R OTERODAMI.

^{9.}
Ut nouo Theologo chā
Dogmata ad summas
tradantur,
ut sī ex
spli cā,

Summaris invenit

Illud magis ad rem pertinuerit, ut tyrunculo nostro, Christi dogmata tradātur in summā redacta; idq; potissimū ex euāgelijs, mox apostolorū literis; ut ubiq; certos habeat scopos, ad quos, cætera conferat, uelut illa (ut exēpli causa pau-
cula notem) Christū nouū in terris instituisse populū, q; totus e cœlo penderet, & oibus hui⁹ mūdi præsidij diffisus, alio quodā modo diues esset, alio sapiēs, alio nobilis, alio potens, alio felix, & contéptu rerū omniū, rerū felicitatem con-
sequeretur. Qui nesciret inuidiā, nimirū oculo simplici, qui nesciret libidinem, ut suapte sponte eunuchus, q; pudorē humanū nō sentiret, qui quo maior esset, hoc magis se submitteret omnibus, qui ad infantulorū simplicitatē ac puritatē ueluti renat⁹ esset, q; uolucrū ritu in diē uiueret, cui uita uilis eēt, mors optāda, q; nec tyrannidē timeret, nec mortē, nec Satanam, unius Christi præsidio fretus. Qui nesciret ne laceſſitus quidē, uel irasci, uel maledicere; qui & de male meren-
tibus bene mereri studeret, intra quos summa esset cōcordia, nec alia prorsus q; membrorū eiusdē corporis inter se, inter quos mutua charitas oia faceret com-
munia. Qui sic uiueret, ut sal & lux esset orbis, quiq; sic ageret, ut ad extremū il-
lū diē semp̄ esset uelut accinctus ac paratus. Indicandū & illud paucis, ut nihil
prætermiserit Christus, aduersus quod sua doctrinā non præmunierit suos. In
qbus oporteat collocare felicitatē, docuit in mōte, quibus factis paranda sit im-
mortalitas, docuit in parabola iudicij, sub persona hedorū & ouiu. Quō se gere
re debeant, erga fratres a quibus offensi sint, quō erga infirmos, quō erga ethni-
cos, quō aduersus hostes & persecutores, quō erga pfectos malos aut impios.
Deinde admonendus, ut diligēter obseruet totū illū Christi circulū & orbem,
quō natus, quō educat⁹, quō adoleuerit, qualis fuerit erga parentes, & agnatos,
quō ingressus euangeliandi negociū. Quā uarius in ædendis miraculis, q; ua-
rius in responsis. Ut plæbis misereſ, in phariseos & scribas inclamat, in emētes
ac uidentes & flagello ſæuit. Et ut ceremonias ubiq; cōtēnit, ita fidē unice sem-
per exigit. Quædam uelut ignorauit, ueluti de cæſaris imagine. Ad quosdam ul-
tro accessit, ad quosdam grauatim iuit, quosdam ultro sibi adiunxit, quosdā se,
qui uolētes nō admisit. Herodi nihil respōdit Pilato pauca, quēadmodū & An-
næ Caiphæq;. Cū primis obseruādū/qb⁹ reb⁹ se pparauerit ad extremū illud cer-
tamē, quō se gesserit in morte, quō sepultus sit, quō resurrexerit. Nihil em̄ in his,
quod nō admirabilē habeat pietatis doctrinā, si q; attētius obseruet, & in his p-
uestigādis philosopheſ. Iā nō satis est circūspicere, quō iuxta sensum historicū,
tropologicum, allegoricū, anagogicū, diuersis in rebus uarie reluceat æterna ue-
ritas, ueruetiā in singulis horū/qui gradus sint, quæ differentiæ, quæ tractandi
ratio. Quot modis tractat Origenes adeo tentatū Abrahā. In historia uersans
quos tñ locos inuenit. Ut ne dicam qd̄ idē typus, p uarietate rē, ad quas accō-
modat̄, p diuersitate tēporē, uelut aliā accipit figurā, ueluti porcor̄ siliquæ, ad
opes, ad uoluptates, ad honores, ad mūdanā eruditōnē pñt accōmodari. Et tñ
ad huc

In die uiuēt
de crastino
nō curare,

Item.

^{10.}
Inqrendi diuersi Sanc-
Scripturae Senniſ, f. 3.

METHODVS.

adhuc uersaris in tropologia. Quin tota parabola pót, ad Iudeorū populū & gētes applicari. Sunt quæ ad discipulos & illa tēpora proprie ptineant; sunt quæ ad uniuersos; quædā dantur illorū temporum affectibus; nonnulla ceu per iro-
niā ridentur. Verū si quis hæc conetur adhibitis exemplis explanare, res non
unius erit uoluminis. Admonendus, ut apposite condiscat citare diuinæ scriptu-
ræ testimonia, nō e sūmulis, aut cōciunculis aut collectaneis/nescio qbus iā sex-
cēties aliudie alio cōmixtis ac refusis; sed ex ipsis fontibus; nec imiteſ quosdā, q̄s
nō pudet oracula diuinæ sapientiæ detorquere ad alienos sensus, aliquoties &
ad contrarios. Sunt qui secū adferūt decreta, & his seruire cogūt sacrā scripturā,
cū ex hac petenda sint animi decreta. Sunt qui eam ad publicos affectus ac mo-
res pertrahunt; & cū hinc sumendū sit, quid fieri oporteat; huius patrocínio tu-
entur id quod uulgo fit. Iam est occultius quidē, sed hoc ipso nocentius depra-
uandi genus, cum abutentes diuinæ scripturæ uocabulis, ecclesiā interpretamur
sacerdotes, mundū laicos christianos; interim quod de christianis dictū est, mo-
nachis accōmodātes, gladios utrāq; ditionē, cū quod de cultu diuino dictū est,
ad solas ceremonias deflectimus, quod de sacerdotis officio, ad solas preculas
utq; dictas trahimus. Idq; quo certius fiat, nō sat habeat quatuor aut quin q̄
decerpsisse uerbula, circūspiciat unde natū sit quod dicit̄, a quo dicat̄, cui dicat̄,
quo tempore, qua occasione, quibus uerbis, quid præcesserit, quid consequatur.
Quādoquidē ex hisce rebus expensis collectisq; dephendit̄, qd sibi uelit quod
dictū est. Si primū curaris, ut id facias q̄ optime, postea fiet, ut & facile facias.
Annotanda est & theologici sermonis proprietas. Nam habet spiritus ille diui-
nus suam quandā linguam, & scriptores illi sacri, & cum grāce scribunt, multum
referunt ex proprietate sermonis hebraici. Atq; hinc multis errādi ansa. Quod
nunc dicturus, haud scio an præcipuam allaturū sit utilitatē, si quis dextre præ-
stiterit. Id est huiusmodi/ut locos aliquot theologicos, aut tibi pares ipse, aut ab
alio quopiā traditos accipias, ad quos omnia quæ legeris, uelut ī nidulos quos-
dam digeras, quo promptius sit/ubi uidebitur/quod uoles depromere, ut(exē /
pli causa)rem notem, de fide, de ieunio, de ferendis malis, de subleuandis infir-
mis, de ceremonijs, de pietate, atq; alijs id genus. Nam ducenti aut trecenti fin-
gi possunt. His in ordinem compositis, iuxta rerum pugnantiam, aut affinita-
tem, (ut in Copia quoq; nostra quōdam indicauimus) quicqd usq; insigne est,
in omnibus ueteris instrumenti libris, in euangelijs in literis apostolorū, quod
uel conueniat, uel dissonet, ad hos erit redigēdum. Quod si cui uisum erit, pote-
rit ex antiquis interpretibus, postremo ex ethnicorum item libris hoc conferre
quod usui futurum existimarit. Hac uisum fuisse ratione diuum Hieronymum
ex illius scriptis mihi propemodum uideor animaduertere. Siue quid erit disse-
rendum, aderit ad manum parata supellex, siue quid explicandū, facilis erit lo-
corū collatio. Quandoquidē hæc nō Origeni tantū, sed & Augustino optima
ratio est interpretandi diuinās literas, si locū obscurū ex aliorū locoꝝ collatiōe red-

bbb 4 damus

Vt apposite cōdycat̄
citare Sacra Scriptura
ture testimonia,

Abusū sacra Scripturæ
cauendus,

Q̄m rātae cīrūspici
endū legendū sit, q̄
mo quid dictū sit

Notanda ē q̄o theolo-
gici sermonis proprie-
tas,

Q̄ q̄q; sibi locos the-
ologicos tāq; m̄
dulos p̄aret: ad
quos ouā lecta
colloret,

Qd et Hieronim⁹ fe-
reā aduertere,

Locoꝝ corūd colla
quādā cōdūrat,

ERASMI ROTERODAMI

damus illustrē, & mysticā scripturā mystica item scriptura exponat. Atq; hisce
 iam rebus instructus iugi meditatione ueretur in diuinis literis, has nocturna
 curet uersare manu, uerfare diurna, has semper in manib⁹, semper habeat in si-
 nu, ex his semper aliquid aut auribus instrepatur, aut oculis occurrat, aut animo
 obuersetur. Nec fuerit inconsultum diuinos libros ad uerbum ediscere, praefer-
 tim noui testamenti, qui tanto p̄sentius faciūt ad nostrā pfessionē, ut hodie uel
 soli sufficere queant, deinde eos qui ex ueteri instrumento maxime cū nouo co-
 sentiūt, uelut Esaīa. Quanq; si dispositis, ut dixi, locis frequēter Paulū cū euāge
 lijs, & cum utrisq; cōferas Esaīa, reliquaq; ueteris instrumēti loca, fiet, ut hæc sua
 sponte inhærescat & insideant memoria. Quod si quos deterret hic labor, illud
 quæso secū cogitet, q; cōueniat, ut Theologus futurus, sophisticas p̄ceptiuncu-
 las ediscat, ediscat qualiacūq; in Aristotelē cōmentaria, ediscat Scoti cōclusiōes,
 & argumēta, & idē op̄e grauctur dare libris diuinis, ex quoꝝ fontibus uniuersa
 scat theologia, quæ modo uere sit theologia? At quanto satius semel hoc la-
 boris, nec em dixerim tædij, deuorare, q; semp recurrētib⁹ laboribus, quoties tra-
 standū aut citandū erit aliqd ad dictionarios, sūmulas, & indices cōfugere, ue-
 lut i; faciūt, qui cū domī nihil habeant supellestilis, quoties opus, patellā aut cā-
 tarū a uicino petūt utēdū. Quin tu tuū ipsius pect⁹ bibliothecā facito Christi,
 ex eo uelut e penuario de p̄me, seu noua seu uetera, utcūq; postulabit res. Lōge
 uiuidius penetrant in animos auditorū, quæ de tuo pectore ceu uiua pdeūt, q;
 quæ ex aliorū farragine sublegūtur. Roget alijs, quid, nū adeo facile iudicas di-
 uinā scripturā, ut sine cōmentarijs possit intelligi? Quid ni posſit, cognitis dog-
 matis, & hac qua dixi collatiōe locorū adhibita? Alioqui qd aliud secuti sunt, q;
 primi in hanc cōmentarios ædiderūt, inter quos p̄cipuus est Origenes. Quid ue-
 tet alios eodē guenire, quo guenerūt illi, si eadē ingrediāt uia? Nō quod uelim
 id fieri. Imo partē laboris adimat nobis ueterū labor. Adiuuemur illorū cōmē-
 tarijs, dū mō primū ex his deligam⁹ optimos, uelut Origenē, q; sic est primus, ut
 nemo cū illo cōferri possit. Basiliū, Nazianzenū, Athanasiū, Cyrillū, Chrysosto-
 mū, Hieronymū, Ambrosiū, Hilariū, Augustinū. Deinde ut hos ipsos cū dele-
 ctu iudicioq; legat. Hoies erant, quædā ignorabāt, in nōnullis hallucinati sunt.
 Dormitarunt alicubi, nōnulla dederunt utcū q; uincendis hæreticis, quorū con-
 tentiōibus tūc feruebant oīa. Præterea uix quisq; est horū, cui⁹ falso titulo nō
 circūferant permulta, atq; adeo qd est ipudentius, cui⁹ libris nō multa admixta
 sint aliena, id qd in Hieronymo certe palā arguim⁹, nec i cæteris itē obscurū est.
 Quod ni in huiusmodi fuerit oculatus lector, periculū est, ne impostoris, aut ne
 bulonis somniū pro Hieronymi, aut Ambrosij oraculo amplectatur. Ad hæc,
 quandoquidē infinitū est, oēs euoluere, ex pbatis legat optimos. Quorsum em
 attinet in hisce neotericis coaceruatorib⁹ uerius q; interptib⁹ bonas horas haud
 bene collocare? In quibus primū q; multa sunt, quæ tibi postea sint maiore ne-
 gocio dediscenda? Deinde si quid inest recti, id ex ueteribus haustū comperies,
 sed

^{16.}
Diuinos libros ad verbu-
m ediscere, p̄fultū vider;

Cont̄ q; tal deterrat
hic labor.

^{17.}
Q; in facili cognitu dīma
scriptura, et sine cō-
mentarijs,

^{17.}
Adiuuemus tū veterū
cōmentarijs, p̄fimi
op̄iorum,

^{18.}
Et rū dolgiti iudicio
q; legendi veteres.

Neoterici/coaceruatori-
bus verius sūt p̄ ille-
pates,

METHODVS.

Ted mutilū ac decurritū, quod ob lingua& & reꝝ inscītiā multa, & haud scio an optima, qm̄ nō assequebanꝫ, coacti sint p̄termittere. Quid quod bona pars isto rū, ne decerpit quidē ab illis, sed a sapientis collectis ac transſus collectaneis, uel ut e decima lacuna ſuffurat, ut pene nihil resipiant ſui fontis? Postremo, ut eadem doceant, q̄ frigent apud hos, ſordentq; omnia ob ſcriptorū infantiflīm balbutiem. At Hieronymus ita delicijs oia condit, ac locupletat, ut cū aberrat a uero, cum a re digredit, tamē plus bona rei dōceat, q̄ iſti cū uere rem tradūt, ut ne dicā interī, qd̄ omnino tales ipſi reddimur, cuiusmodi ſunt autores in quibus affidue uersamur. Neq; em̄ perinde ciborū qualitas transit in corporis habitiū, ut lectio in animū ac mores. Si in ieunis, in frigidis, in fucatis, in spinosis ac ritoxos ſcriptoribus affidui ſimus, tales euadamus oportet. Sin in ihs, qui uere ſpirant Christū, qui ardēt, qui uiuūt, qui uerā pietatē & docent, & p̄ſtant, hos ſaltē aliqua ex parte referem⁹. At dices, ſi nihil accederit, parū instructus fuero ad paeſtrā ſcholaſticam. Neq; uero nos pugilē instituimus, ſed theologū, & eū theologū, qui quod profitet, malit exprimere uita, q̄ ſyllogismis. Nec eſt, quod tibi tanto peſ displiceas, ſi inter iſtos parū theologus uidear, cū inter eos dē, ne Hieronymus quidē ipſe ſit habiturus quod respōdeat, ac fortaffe, nec ipſe Paulus. In culpa eſt, nō ipſa theologia, quæ nō ſic nata eſt, ſed quorūdā tractatio, qui totam illā ad dialekticorū argutias, & Aristotelicā philoſophiam detraxerunt, ut illic nō paulo plus ſit philoſophia & theologia. Atqui fieri potest, ut rhetor alius, aut arithmeticus, aut musicus, ſic eandē tractet, ut nemo iam ſit intellectuſus, niſi qui prius artiū illarum uim omnē penitus cognitam habeat. Quid aut̄ neceſſe eſt ad omneis omnium quæſtiunculas certa respōdere theologū? Quārum neq; numerus eſt ullus, neq; modus, neq; finis, dum hydræ in morem pro una reciſa, ſexcentæ repullulant. Sunt quæ parū pium ſit inueſtigare. Sunt quæ citra ſalutis diſpendium poſſunt nesciri. Sunt de quibus eruditius ſit ambigere, & cū academicis ἐπέχῃ, q̄ pñūciare. Quod ſi cui tanta ſit ingenij uis, ut utrūq; ſtudiorū genus complecti poſſit, eat eat quo illū ſua uirtus uocat, eat pede faſto. Sed ab hiſ tamē incipiendum, hiſ maiore uitæ partē impartiendā cenſeo. Quod ſi alterū ſit deſerendū, non poſſum nō fateri qd̄ ueriflīm eſt, malim in hoc latus deflectere. Præstat paulo minus eſſe ſophiſtā, q̄ minus ſapere in euā gelijs ac Pauliniſ literiſ. Satius eſt ignorare quædam Aristotelis dogmata, q̄ nescire Christi decretā. Deniq; malim cum Hieronymo pius eſſe theologus, q̄ cū Scoto inuictus. Illud certe negari non poſteſt, per ueteres illos illustratam ac defenſam Christi doctrinā, quos ita demū patiar antiquari, ſi conſtet horū argutiflīmis argutijs & ſubtiliflīmis ſubtilitatibus, uel unū ethničū conuerſū ad Christi fidē, uel unū reuictū ac mutatū hæreticū. Nā quod hodie pauciores ſunt hæreſes, id (ſi uerū fateri uolumus) magis debem⁹ fasciculis q̄ ſyllogismis. Quis em̄ omnino nodus dialektica ſubtilitate nectī poſteſt, qui nō eadem ſubtilitate diſſoluatur, ſi liberū ſit utriſq; quod uolēt, aſſumere? At ſimplices illæ literæ, to

De illoſ balbutie.

De Hieronymo

Tales ipſi reddimur
quales ſunt autores
i q̄bq; affidue v-
ſamur,

Studiorū collatio.

Nō hic instituē pa-
leſtrā ſcholaſticiā
i ſeologū rūa
et c.
Contra Neothericos

In Sacra Scriptura
ſit aliq; nō negligēta
neuenda abigida,
et ex qv; + rōmē trac.

Q; melior via ueteres
q̄ neothericos

P; ueteres qſtat defenſa
perturb p; heres; iſ; p;
neothericos non
vnu ſchmīn
pīgū a hē-
rū mūtū
tūm;

ERASMI ROTERODAMI

Vt nāq; viā probat.

tius orbis populos pauculis annis inouare potuerūt. Sed missam faciamus studiorū collationē. Sit suū cuiq; pulchrū, & ut Paulinīs utar uerbis, in suo quisq; sensu abundet. Cui placet scholasticæ cōflictationes sequatur, quod in scholis receptū est. At si quis magis cupit instructus esse ad pietatē q̄ ad disputationē in primis & potissimum uersetur in fontibus, uerlet in his scriptoribus, qui proxime biberūt de fontibus. Quod diminutū erit in syllogismis, id p̄sabit oratio. Et satis inuictus fueris theologus, si eo pfeceras, ut nulli succubas uicio, nullis cædascupiditatibus, etiā si a disputatione quodlibetica discesseris inferior. Abunde magnus doctor est, qui pure docet Christum.

JMETHODI FINIS.



Apologia i. excusatio, defensio,

Contro calumniatores,

D. ERASMI ROTERODAMI APOLOGIA.

Im ut occurrā Apologia, reclamaturis, Paulus ap̄l's referente Luca fortunatū sese p̄dicat, quod apud Agrippā p̄ se cām dicturus esset, cui ppter diutinā cū Iudæis consuetudinē, res oēs in quibus uertebatur q̄stio, maxime cognitæ cōpertæq; essent. Atq; utinā eodem noīe mihi quoq; gratulari possim, cui plane diuersū quiddā usū uenit atq; Paulo. Nā ne opus quidē est nobis Apologia, nisi apud istos, qui totū hoc negociū de quo cōtrouersia est, nō intelligunt, nec p̄sum aliā ob cām calūniant, nisi qđ non intelligent. Siquidem apud eos qui latinas, græcas, & hebraicas literas uel ad mediocritatē degustarūt, qui serio in uestigandis diuinæ scripturæ mysterijs, q̄ feliciter ac diligēter in uetus illis, ac nō minus ueris q̄ uetus theologis uerlati sunt, nihil addubito, qn magnā initurus sim gratiā, etiā si quod conatus sū, pax assecut⁹ fuero. Proinde mire fiet, ut qbus hac opa nostra nō magnope sit opus, q̄q; soli dānare quadā possint, quod ob bonarę peritiā literarū possint iudicare, ij nō solū cōprobēt suo suffragio nostrā industriā, uerū etiā gratiā haud uulgarē habeant. Cōtra, q̄ hisce de rebus nullo modo possint ferre sententiā, & hoc magis egēt huius laboris subsidio, quo lōgius absunt a bonis literis; ij non solū nō amplectent⁹ op⁹ ipsorū paratū usui, uerū etiā obstrepēt, calūniabunt, damnabunt; quorū alterū extremæ cuiusdā ingratitudinis esse uideat, alterū insi gnis impudentiæ. Quid em̄ singi pōt ipudentius, quā dānare librū quē ne lege ris qđē, tū eiusmodi, ut si maxime legas, tñ absq; linguarū pitia, p̄nūciare de eo nō possis? Quid aut̄ ingratius, q̄ p̄ tā imensis sudoribus uigilijs q̄, quas tantū iuuādi animo suscep̄tis, & quibus nulla par gratia referri queat, rependi calūniā, id q̄ potissimum ab ijs, ad quos potissimum operis utilitas sit redditura?

Cum

Contra ingratios,